

Q.V. 155. *de Sigillo Majestatis Saxonico.*  
Anno 18



GENEROSISSIMIS ATQVE  
NOBILISSIMIS  
JURIUM CULTORIBUS  
S. P. D.  
MICH. HENRICUS GRIBNER.  
D. & P. P.



GENEALOGIAE  
NOBILISSIMIS  
HAMILTONIORIBUS  
S. R. D.  
MICHAELI HENRICI GRIBNERI  
D. 8. P. B.





Potentissimos atque Serenissimos Principes Electores Brandenburgicos, dum antequam regium Diadema Borussici regni conditor FRIDERICUS Sapientissimus susciperet, Majestatis sigillo, usos esse, gravissimi Juris publici Interpretes BECHMANNUS, THULEMARIUS, GASTELIUS (a) aliisque obseruarunt. Neque olim tantum hoc ipsis usurpatum fuit, sed constanti eos usu idem adhuc retinuisse patet, ut PFEFFINGERUS etiam (b) Legatum Bradenburgicum literas hoc sigillo munitas (c) in Comitiis Ratisbonensibus anno 1638. exhibuisse, eodemque Decretum Electionis Augustissimi Josephi anno 1690. exornatum

A 2

tum

(a) Vid. BECHMANN Exot. Exercit. XII. tb. 10. n. 10. THULEMAR. d. Octo. Vir. c. 19. n. 32. GASTEL. de Stat. Publ. Europ. c. 7. n. 44. IRENIC. ad BURGOLDENS p. 132. qui ex Autore Descript. Germ. p. 4. c. 1. haec exhibent: Ich mag hierbey nicht übergehen/ daß ich von einem vornehmen Churfürstl. Ministro verstanden / es habe Chur-Brandenburg in einem Contractu diese Worte gebraucht: dessen zu Urkund haben wir diesen Brief mit Unseren (THULEMAR. & BECHMAN. habent mit unserer) Majestät Insiegel bekräftiget &c.

(b) In not. ad VITRIAR. l. 1. tit. 4. §. 9. l. a. ubi ad Protocollum se refert, ac ab Electore Moguntino Legato quidem motam fuisse item, illum vero ad antiquam obseruantiam provocasse commemorat.

(c) Addita formula: Mit unsfern Churfürstlichen Majestät Insiegel. Privilegii autem Academiae Fridericianae adjectum est sigillum Gratia das Churfürstl. Gnaden Siegel, vid. CELLARII. Itaugurat. p. 92.

tum fuisse ex fide dignis monumentis tradat. Qvæ qvæ  
dem qvomodo aut ignorare potuerit, aut qvare dissimulanda  
duxerit, in Opere, qvo singulari industria, qvæ ad emi-  
nentiam, privilegia & prærogativas Gentis Brandenbur-  
gicæ pertinere videbantur, sæpe etiam non sine aliorum,  
Principum præjudicio, collegit atqve cumulavit *Autor Ger-  
maniae Principis LUDOV. PETR. GIOVANNI*, Amplissimus in-  
qvam, *Academie Fridericianæ Antecessor, Consiliarius & Archibpa-  
rius Regius JO. PETRUS LUDEVIG* (d) sæpius, fateor,  
subiit mirati; imprimis cum in eo capite, qvo Pr. Electo-  
rum Saxonie Jura recenset, hujus rei mentionem fecerit,  
(e) & ex BECHMANNO, qvem ibi & alibi secutus est, a-  
liisque, qvos supra adduximus, de sigillo Majestatis Branden-  
burgico non potuerit non ipsi constare. Nisi forte, cum  
constitutum ei esset, ut contra BECHMANNUM ostend-  
deret, parum dignitatis huic appellationi inesle, eamque  
ad designanda Majestatis Jura plane non pertinere, pru-  
dentia regulis haud convenire existimat, inter Domini  
sui eminentias referre, de qvo ipse non adeo magnifice-  
fentiret, qvod institutum non erat improbandum, si mo-  
do eadem ratione in commemorandis aliorum Principum  
Juribus fuisse versatus. Sed qvocunqve demum aut casu  
aut consilio hoc contigerit, id certum satis expeditumqve  
habeo, *Ducem Saxonie Gvilielmum*, de qvo *cit. loc.* Vir Con-  
sultissimus differit, & qvem BECHMANNUS, THULEMA-  
RIUS, OLDENBURGERGUS, CASTELIUS (f) majestatis  
sigillo usum esse docent (g) minime omnium, eam ob  
causam

---

(d) Neqve enim ipse hoc dissimulat cum in Paradoxis Ju-  
ris Publici aliisque Dissertationibus passim hoc opu sibi  
vindicet. Add. Germ. Princip. Proæm p. ii.

(e) *L. V. c. 4. n. 15. p. 120.*

(f) *Loc. cit. supr. lit. a*

(g) In einen Entscheidungs Briefe zwischen den Rath und  
etlichen der Bürgerschafft Königsberg in Francken sub  
dato Donnerstag divisionis Apostolorum anno 1456.

causam qvod Cæsar is tunc ageret Commissarium , quæ est  
illius conjectura, sigillo hoc transactionem Kunigsbergen-  
sem confirmasse, sed olim id Divis Electoribus Ducibusque  
Saxoniz & jure qvidem proprio fuisse usitatum. Equidem  
si certo constaret, Imperatoris eotempore Grilielnum susti-  
nuisse vices, si non alias quisquam Saxoniz Principum eo-  
dem modo literas signasset, poterat aliquis huic conjectu-  
ra esse locus ; nunc cum non modo Brandenburgici Elec-  
tores diuturno usu Majus hoc sigillum retinuerint, sed  
nostris quoque Principes Seculo XV. ac forte etiam antea  
in legibus ferendis, in concedendis privilegiis, ac foederi-  
bus sanciendis eo usos esse constet, corruat omnino ne-  
cessere est incerta hæc ac nimis longe petita conjectura.  
Qvæ ne frustre dixisse videar aliqua saltem afferre juvabit  
exempla Diva Memoriæ Electorum ac Principum Saxonie Fri-  
derici II. Grilielmi, Ernesti & Alberti, qvos unius Seculi in-  
tervallo Majestatis hoc insigne adhibuisse deprehendere  
licuit, ex qvibus simul apparebit, causam defuisse MUL-  
ZIO (h) cur IRENICO ad BURGOLDENSEM hæc de  
Principibus Saxoniz tradenti fidem habendam negaverit,  
dum in facto, ait, dubio non carere, qvæ ea de re refe-  
rantur. Sane enim in tabulis, qvibus Fridericus II. cum  
Grilielmo anno Seculi XVI. 44to Civitati FREIBERGENSI  
de variis bonis investituram concessit notabilem hanc  
clausulam occurrere : Dessen zu ewiger Bekändtniß haben  
Wir Herzog Friedrich unser Majestät / und Wir Herzog  
Wilhelm unser eigen Insiegel an diesen Brieff lassen hangen/  
Vir Magnificus Regis in summo Provocationum Senatu consilia-  
rius Ordinisque Iuridici b. t. Decanus C. H. HORNIUS (i)  
adnotavit; eundemqve Pr. Electorem alias quoque sigillum  
hoc Majestaticum (Das Grossfürstliche Majestäts Insiegel)  
adhibuisse docet Perillus atqve Excellenissimus Autor præ-  
stantissimi Operis, qvod Fecialis Europei (k) nomine infi-

(h) Repref. Maj. Imp. p. 1. c. 20. §. 10. n. 58.

(i) In Jurisprud. Feudal. c. XXII. §. 6. p. 520.

(k) vid. EUROP. HEROLD. P. 1. p. 117.

gnitur. Non ita multum post anno nimirum 1456. d.  
25. Januar. *Gvilielmus* Dux formula des Fürstlichen Ma-  
jestäts Insigne usus esse legitur apud gravissimum *Anna-  
lium Saxoniorum* conditorem (l) atque hoc ipso anno di-  
ploma, cuius BECHMANNUS & reliqui Viri Celeberrimi,  
qvos antea allegavimus, mentionem injiciunt, prodiit, sed  
& eundem *Gvilielmum* anno 1465. die 21. Aprilis dotalibus  
pactis hoc quoque sigillum subjecisse idem notavit MULLE-  
RUS. (m) *Ernestum* vero Electorem privilegio, qvod Civita-  
ti Bornensi anno 1470. clementissime concessit, *Bullam Ma-  
jorem*, Majestatis inquam addidisse alio loco observavimus;  
(n) & quem latere potest, qvod Principis hujus ac Sere-  
nissimi fratris *Alberti* *Ordinatio Provincialis* d. anno 1482.  
suppedit illustrē satis exemplum, cum Collectio Legum  
Electoralium, qvam Corpus Juris Saxonici appellamus,  
primo loco eam exhibeat? (o) Neqve dubitandum est  
qvin passim plura deprehensuri sunt monumenta, clausula  
haec insigni decorata, qvibus archiva rimari ac consule-  
re licet, cum vix credibile sit usum *Sigilli Majestatici*, qui  
apud Brandenburgicos Electores ad nostra tempora per-  
duravit, inter nostros haud ultra seculum illud substituisse.  
Sed de his alii viderint, mihi haec facile sufficiunt, ex qvibus & MULLERI dubio satisfieri & GIOVAN-  
NI elidi potest suspicio, qvorum ille usum *Sigilli Majestati-  
cis* nostris Principibus omnino non concedit, alter vi Com-  
missionis Imperialis forte aliquando id adhibitum fuisse,  
contendit. Ceterum meum non est, qva ratione adducti  
fuerint Divi Principes, qvorum memorias veneramus, ut  
*Sigillum* hoc in majoris momenti negotiis usurparent, de-  
finire vel potius divinare. Utrum *Sigillum* majus tan-  
tum

---

(l) MULLER. *ad hunc annum p. 31.*

(m) *ad d. ann. p. 37.*

(n) vid. *Diss. de Jure Principum Imperii circa legitimatio-  
nem.*

(o) vid. *Corpus Sax.* p. II, add. SCHILT. *d. Jur. Obs. c. 2.*  
*n. 20.*

tum splendida Majestatis vox denotet, qvo' sensu istam loquendi formulam qvandoqve invenire nonnulli contendunt; (p) an qvæ GASTELII, SCHILTERI, BECHMANNI, IRENICI ac plerorumqve opinio est, ex hoc ipso satis certo colligi possit, Principes Imperij jam eo tempore Jura superioritatis territorialis Majestatica sibi asseruisse, ac ideo ne nomine quidem Majestatis omnino abstinuisse. (q) Nam qvo minus cum THULEMARIO (r) ad Electorum prærogativas ac privilegia hujus sigilli usum referre liceat, Duxum Saxoniz exempla vetant, qvos pariter ea ratione diplomata signasse modo commemoravimus. Verum ulti-  
rius hæc perseqvi instituti ratio non patitur, cum operam nostram sibi depositant *Generosissimi* ac *Nobilissimi* Viri, qvorum causa hæc scriptio mihi suscipienda fuit. Hi enim postquam Jurisprudentiaz Studio strenue haec tenus incubuerunt ac Patriæ, Parentum & Patronorum expectationi satisfacere allaborarunt, virium facturi periculum prodire in publicum, ac *principias Juris Civilis Controversias* solemní examini subjicer, inque iis excutiebantur, Respondentium modo, modo opponentium partes tueri laudabili consilio constituerunt. Quem finem non felicius se obtinere posse censuerunt, qvam si, Viri

no-

---

(p) vid. FRESNEUM & HOFFMANNUM in voc. *Majestas* & FRÉHER, ad P. d. Andlo l. 2. c. 5. p. 16. PFEFFINGER ad *Vitr.* l. c. & qvem is allegat MABILLONIUM.

(q) Frusta autem omnino est *Celeb. German. Principis* Autorum Ministrum Saxonia in ea fuisse sententia scribit; siqvadem BECHMANNUS & reliqui, qvorum fide hæc tradit, Ministri tantum cujusdam Electoralis (*Eines vornehmen Churfürstl. Ministri*) meminerunt, ac ipsa hæc, ad qvæ provocat, verba: *So finde ich auch eine alte Urkunde &c. it. welches mir die Gedanken erwecket* &c. non ministri illius sive Saxonici sive Brandenburgici, sed Autoris sunt *descriptionis Germ. Imperii*, qvod ex IRENICO, ac THULEMARIO facile appetet.

(r) d. c. 19. §. 32. ubi ex instituto jura principia Electorum exponit atq; ex hoc loco Crimen Majestatis in ipsos committi probare conatur,

Ke. 3003. 67 x 2964232

nostro encomio majoris JCti fama & meritis in Juris prudentiam  
universam Illustris JO. HENRICI BERGERI, Consiliarii Regii ac  
Collegii Juridici in hac Academia Praesidia Ordinarii Positionum  
Juridicarum Exercitationes XX. quas egregio Resolutionum  
Operi, quo Lauterbachium emendat, illustrat, ac Leges Le-  
gibus conciliat, praemisit, & qvibus universum jus Digesto-  
rum velut in nucleo exhibit, sibi proponerent, ac divisis  
pensis, impetrata a Viro Magnifico venia defendendas susci-  
perent. Destinatae sunt hinc exercitiis consuetæ post Xmam.  
antemeridianam bore, qvibus singulis, qui ex loco Publico indi-  
cabuntur, Mercurii diebus in Auditorio JCtorum, eo, quem hic  
subjicimus & ipsorum arbitrium constituit, ordine, officio suo  
defungentur.

Scilicet respondendo tuebitur

**CHRISTOPHORUS HENRICUS BERGER.**

Vitemb. Sax. Exercitationem I. VI. XI. XVI.

**CHRISTIANUS LUDOVICUS THILO.**

Langen-Salza Thuringus. Exercitat. II. VII. XII. & XVII.

**SIGISMUND EHRENFRIED ab OPPEL**

Eqv. Mis. III. VIII. XIII. & XVIII.

**JOHANN JACOB FEYERLEIN** Weisenfel-  
sensis IV. IX. XIV. & XIX.

**FRIDERICUS ADOLPHUS de BERGE**

Eqv. Lusat. Inf. V. X. XV. & XX.

Quod reliquum est mecum & me interprete, a Vobis, Ge-  
nerofissimi atque Nobilissimi Jurium Cultores, con-  
tentund, velitis conatibus ipsorum benebole favere, ac exopta-  
tissima vestra praesentia exercitia nostra dignari. Quem af-  
fectum, ut omni studio ac officiorum promptitudine demere-  
antur, operam sedulo & diligenter navabunt. Scrib. Witemb.  
Sax. prid. Non. Quintil. A. O. R.

M DCC VIII.

---

**VITEMBERG AE.**

---

**PRELO CHRISTIANI SCHROE D'TERI ACAD. TYP.**

Q. S. 155. 8

de Sigillo Majestatis Saxon.

GENEROSISSIMIS A  
NOBILISSIMIS  
JURIUM CULTORI

S. P. D.  
MICHAEL HENRICUS GRIMM  
D. & P. P.

